



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv  
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1666**

14. Absentia cognoscit, pestilentia ictis Malacæ inseruit, mortuum excitat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

mutuæ caritatis quæ daret, recipereque solatia; tanta erat docentis, suadentis, animantis ad illos quos aperiebat, & præbat sanctimoniae gradus, teneritas; at debant dicentes, & audientium animi, ac vultus, suspitia, & lacrymæ utrimque perpetua, ut qui aderant, ipsimet scriptis tradidere. Cum autem natum consensurus ultimos suis diuideret, ac recipere amplenus, inquit scriptor, effuse flens, commendauit cuique in vocationis proposito constantem animum; demissionem sui veram ex intima sui perspective ductam; præcipue tamen alacritatem ad parendum, hæsitque in hac diutius, ut quæ tanti esset apud Deum, & Societatis hominibus tam necessaria.

Goa discessit Xauerius majoris hebdomadæ die Iouis, qui anno 1552. incidit in Aprilis quartum & decimum; prosperè nauiganti, ad Nicubaris insulas, quæ cornu Septentrionali Somatræ aliquanto superius sitæ sunt, iam mare se frangere, moxque in tempestatem deseuire, ex qua nulla spes esset eimerendi; & vero in oculis duo magnæ molis fœderata inter se nauigia, ventis, marique imparia depressa perierte. Quæ Xauerium vehebat Prætoria, & vaistate, & pondere tardabatur; nec velis nisi ægre, nec gubernaculis parebat, nec vndas exire habilis, irruentes valebat. Quare de iactura deliberatum est, iamque nautæ, ac remiges fundo mercimonia extrahebāt, cum Sanctus futuri conscius, & dolēs mercatorum vicem, apud nautis Præfectum instituit, sustinerent parumper, & velis nauim utrumque tuerentur, certò enim mare Deo propitio positum, & euasiuros incolumes. Nautas vero obstantes, quod ingrauescente, ut solet, sub occasum Solis, tempestate, futura esset valde difficilis per noctis obscurum iactura, securos esse iussit Xauerius; prius enim tranquillum aquis redditum, quam Sol occideret, & futuram in prospectu terram. Confusus vaticinio viri sancti Præfectus, cui aliunde quantum credi deberet nouerat, breui vidit euentu dupli confirmatum; cadente Sole, tempestas concidit, oceloque serenato terram cœpit oculis legere. Sed in hac omnium ex accessu ad portum lœtitia, solus præter morem tristis Xauerius, & mecum suspirans, interrogatus causam, cunctos admonuit pro vrbe Malaca Deo supplicarent, quam morbi laes depopulabatur. Grassabatur enim febris pestifera, quæ iectos celeriter abfumebat; cōtactu solo aliis inhærebat. Eam ob rem illuc viri sancti appulsus, si alias vñquam, tunc vrbi venit quam optatissimus singulis ab eo præsentissima sibi subsidia corporum, animorumque spondentibus; & vero in terram descenderat, cum statim ægrotos inquirere, & ab iis requiri; cupere omnes de animæ causis per Xauerium cum Deo transfigere, quisque illum sibi adesse morienti; ea vulgo cunctorum fiducia, cui adfuisset, saluum esse, nec eð segnius illius locij, diurnas, & nocturnas operas ægrotis dabant, domumque nostram in Nosocomium caritas verterat; vir sanctus haud alio tam assidui laboris solatio, præter contextum ex paleis contra æstus vrentes pileum (quoniam illo fere socius utebatur) domos ægrotantium lustrare, destitutos in publico, ipsem in Nosoco-

14

Absentia cognoscit, pesti-  
lentia iactis  
Malacea inse-  
ruit, mortuum  
excitat.

K K mia

mia suis humeris deferre ; tum vbi iam locus deerat , in alias ædes, in quibus quinquageni , & sexageni , congesti magis instar cadauerum , quam pro infirmis digesti iacebant ; reliquos sub purium narium compositis ad littus tabulis collocare & mendicatō illis victum , & medicamenta comparare ; nec vna interdum relicta sibi ex integra nocte , ad quietem hora residua. Itaque miraculo fuit , cum ministrantium ea lue afflatis , mors fere parceret nemini , sanum illum tot inter iacentes , & moribundos perstitisse. Vtcumque id fuerit , constat certe ingenti miraculo Deum precibus ipsius , iuuenis mortui vitam concessisse : erat is Franciscus Cauus ; matrem habebat , viri sancti obseruantissimam ; hic teli cuspidem incaute ori admouerat , ignorans veneno illitam ( quod illic vsu frequens & valde præsens ) ex quo venis serpente in vitalia exitia li malo , intra breue tempus extinctus fuerat , componebaturque ad funus ; cum forte in matrem demortui Xauerius incidit lugentem , & desperabundam , cognouit ex ea de lamentabili adolescentis , casu , ictusque intima utriusque miseratione coram ad se cadauer curauit deferendum. Tum manu prehensa , velue iacentem alleuaret , *Francisce* , inquit , *in nomine Iesu surge* , quod tam paribili , breuique imperio in vitam rediit adolescentem , quam semper exinde non suam sed Dei arbitratus , hanc ipsi in Societate consecravit , ex qua nescitur quamobrem exierit , sed tamen in S. Francisci ordine ad quem transferat , vitam laudabiliter aetam clausir.

## 15

*Aluarus Ataides Xauerij profectionem in Sinas impedit.*

Remittebat strages Malacensis , statimque sanctus Apostolus , animum adiecit ad ultimum suum in Sinas commeatum. Delata urbis Praefectura Aluaro Ataidi fuerat , sed dum magistrorum iniuisset , administrabat interim publica Franciscus Aluarez , Regius cognitor : intercesserat olim Xauerio singularis prouersus cum Ataide familiaritas ; sua illi consilia omnia de legatione Sinensi confidenter nudarat , sequere propterea ex Iaponia renauigare in Indiam. Quod eius propositum nobile mirifice laudarat Ataides , magno scilicet futurum ad diuinam gloriam incremento , Ecclesiæ ad amplitudinem Lusitaniam ad decus ; Xauerio quoque ingens tanti operis pretium , vel ipsam tantummodo ( vtcumque procederent cetera ) tot Lusitanorum libertatem , qui multis ab annis in Prouincia Cantonensi carcere tenerentur. Ad hoc igitur prolixe detulit quicquid foret in sua potestate : sed cum tempus agi rem aduenit , vel mutata mente , vel prodita ; promissis facta reddidit plane contraria ; tametsi tunc etiam Xauerio comem , & hilarem præbere se pergeret , eiusque spes , & aures verbis ad omnem largitatem subornatis ditareret , quod vafer , & ingratus tam sincere , ac serio facere debuit , quam perfidiosè simulabat , non modo quia Christianus contra rem Christi venire non debuit , & regni vniuers possessionem ab eo auertere ; sed quia maris Praefecturam acceptam Xauerio ferebat , ad quam eius exposcens commendationem indicarat se longe validius legationem promoturum , si regis nomine totam penes se obtineret nauigationem ; Xauerius hominem , diuino quod moliebatur operi deuincturus , hanc illi supremam Praefecturam Pro-  
gis